inualeſcũt Huius platonicæ ſentẽtiæ teſtimoniũ citat Galienus

ſi primo de elemẽtis:cui ſubſcribit ſchola medicorũ Et cor. celſus aſtipulat̃:qui ſic refert in primo . ex quattuor principijs vel ſuperãs aliqd vel deficiẽs aduerſã valitudinẽ creat : columella quoq; libro quarto agricolatiõis opus ẽ iquit inter has tã diuerſas inæ qualitates magno tẽperamẽto:qđ i corporibus noſtris quoq; deſideratur:quorũ bona valitudo calidi & frigidi. humidi & aridi denſi & rari certo & quaſi examinato modo cõtinet̃ Galienus in libris cõplexionũ Cõplexionẽ equabilem ac moderatã dicit eſſe optimã. Nõ me p̃terit cauſas morborũ plurifarias a medicis ꝓpoſitiõi:quarũ alias vocãt abditas alias euidentes:& hippocrates in libro de flatibus ſpiritũ morborũ omniũ patrẽ & auũ nũcupat:verũ ex cũctis id colligit̃ qđ iitio ꝓpoſitũ eſt ſanitatẽ mediocritate Subſiſtere optimũ ee in rebus humanis modũ:imoderata reprenſibilia:qđ adeo verũ ẽ: vt ſapiens iſipiẽtis æquus iniq nomẽ ferat. vltra q̃ ſatis ẽ virtutẽ ſi petat ipſã vt ex remedijs vitia fiãt i nimia & immoderata ſit medicina. Qua ꝓpter diligẽter ẽt atq; etiã caueãt medici:qui vitæ noſtræ neciſq; iperatores ſũt ne i potionibus medicamẽtorũ ꝓpinãdis excedant modum:vt catapotia vt alexipharmaca:vt antidota mixturis rerũ medicarũ ſalutari tẽperamẽto. Cõpoſitis propinẽtur:vt potius intra modũ medicina ſalutariter coherceatur / q̃ ſupra modũ/letaliter exuberũt. Error enĩ in medico peſtiferus eſt nec patit̃ emẽdationẽ:vt auctor eſt Galienns in primo ſipliciũ. Medici errantes p̃cipitauerũt ſecum gentes innumeras. Cibus quo alimur & ſubſtẽtamur noxius fit corpori & exitiabilis ſi ſit imodicus: Venæ vt auctor eſt Cato portius/ſufflatæ ex cibo nõ poſſũt perſpirare i toto corpore:vnde aliquis morbus naſcitur. Et vt refert Io. Chriſoſtomus/qđ in decretis quoq; canonicis repetitũ eſt: Abundantia cibi morbũ facit/ & moleſtias ingerit/& egritudines generat:Proinde ſalutariter p̃cipit. Auicẽna inter claſſicos medicos clariſſimus ita ſurgendum a mẽſa vt reliquæ appetẽtiæ adhuc ſuperſint Vino quo venis ſãguis colos hominũ alũtur:cuius vtilitatẽ Aſclepiades vix deorũ potentia æquari poſſet ꝓnũciauit nihil pernicioſius vt inqt veriſſime Plinius ſi modus abſit Idẽ alibi velut ex oraculo cecinit multo vtiliſſimã eſſe tẽperantiã in cibis. Item inter medicinas ab homie pendentes eſſe ait abſtinere a cibo nimio aut potu. Vino modico nerui iuuãt̃ Copioſiore ledũt̃:ſic & oculi:qd multa Adeo ãtiqui modũ eſſe optimũ in rebus crediderunt:vt in agricolatiõe

Cor. celſus.
columella.
Galenuſ
Cauſæ morborum. plurifarie.
Spũs pr̃ morborum.
Medici iperatorẽſ vitæ & mortis.
Catapotia.
Alexifarmaca.
error medicorum peſtifer⁹
Cibus imodicus noxius
De condi. v. c.
Nihil.
auicẽna.
Vinũ pernicioſũ ſi modus abſit.

In qua quãto quis maiora poſſidet latifũdia tanto fortunatior
cẽſetur: modum agri imprimis ſeruãdum putauerit: quippe Ita
cẽſabant ſatius eſſe minus ſeerre & melius orare ſuper quo Iuci
us columella oĩs ruſticatõis cõſultiſſimus ſic ſcribit. nos ad cete
ra præcepta illud adijcimus qđ ſapiẽs vnus de ſeptẽ i perpetuũ

Modus agri ſeruãdus.

poſteritati ꝓnũciauit adhibendum modum mẽſurãq; rebus: id
q; vt nõ ſolum aliud acturis ſed & agrum paraturis dictũ ĩtelli-
gať. Ne maiorẽ fũdũ q̃ ratio calculorũ patiť emere velit. In ea-

Virgilius Exiguũ. colito

dem ſentẽtia virgiliũ fuiſſe aĩaduerto ita p̃cipiẽtẽ. Laudato i gẽ
tia rura exiguũ colito. Plinius quoq; noſter cui nihil ĩtentatũ ni
hil ĩexpertũ fuit iudico ĩquit modũ rerũ oĩm vtiliſſimum. Quin

Iuriſconſulti.

etiã iuris cõſulti modũ i ſupplicijs decernẽdis ꝓbantes ſalubri-
ter p̃cepeřt penas ĩterp̃tatiõe legũ molliẽdas. moderãdas qui
potius eẽ q̃ exaſperandas igiť ne ĩmodici immoderatiq; iudice
mur claudamus modũ optimũ vtiliſſimũ que eẽ rerũ oĩm cõci
nẽtes cũ Sidonio Appollinari Lindie qđ cleobule canis modus
optimus eſto: itẽ Lindie tu Cleobule iubes modus oĩbus vt ſcit
Inter cleobuli ſẽtẽtias celebriores & illæ ſũt ĩgratus ne ſis Ami
cos beneficijs fouẽdos / ĩnimicos amicos faciẽdos. Anteq̃ do

Sidonij. verſus. Sẽtentiæ celobuli celebriores. Vxor cõpar eligẽda.

mo quis exeat quid acturus ſit ſecũ cogitet / Rurſus cũ redierit
quid egerit remetiatur: Vxorẽ cõparem eligendã. Audiendi ma
gis quã loquẽdi ſtudioſum eſſe oportere.

Subſequitur Quarto loco Tales mileſius: qui ſi apuleio cre
dimus ex ſeptem illis ſapiẽtiæ memoratis viris fuit facile p̃cipu
us vtpote qui Geometriæ primis reparator extiterit. Et nature
rerũ certiſſimus explorator. & Aſtrorũ peritiſſimus cõtẽplator
qui aquã pricipiũ rerũ eſſe cẽſuit. Cui Tripos exp̃ſcripto oracu
li datus eſt / cum ſapientie dandum eſſe ceciniſſet. is itaq; vadi-
monia perinde ac noxia p̃cipit fugienda: cuius hæc ſunt verba
εγγυαπαρα λατη. latine dicitur / ſponte noxa p̃ſto ẽ. per
mille poſſum vt auſonij verbis vtar currere exẽpla vt ꝓbẽ p̃des
vadeſq; penitudinis reos: ſed nolo nominatim queq̃ dicere ſibi

Thales. Spõde p̃ſto eſt noxa.

quiſq; veſtrum dicat & ſecũ putet: ſpõdere cantis dãno fuerit &
malo Plinius inquit comitẽ æris alieni atq; litis eſſe ſponſionem
Eamq; ſententiam aſſignat. Chiloni lacedemonio: ſunt nõ pa-
rum multi codices pliniani ĩ quibus nõ ſponſionẽ legas ſed mi-

Plato in harmi-

ſeriã: vtraq; lectio ſuos aſſertores habet. Plato in charmide in
ſcripta eſſe ꝓ apollinis delphici tẽplo teſtatur. Tria hec p̃cepta
Noſce ſe queq; / nihil nimis. Et ſponſioni adiũcta incommoda

laertius Diogenes chilonis inquit hæc ſentētioſa ē:reſponſioni non deeſſe iacturam. Sed pleriſq; oēs eam aſſignant aſcribūtq; Thaleti. Quod & nos ſequimur De quo Sidonius appollinaris Thales mileto genitus vadimonia culpat. Et aliubi: Mileto q̄ Crete Thales vadimōia dānas:ex hoc ſaluberrimo p̄cepto Admonemur cauer̄ a ſpōſionibus:ne verborū obligationibus vinciamur:ne p̄des:vades. ſponſores qđ detrimētoſum eſt:efficiamur:multos redegit ad incitas & egeſtatē formula illa ſtipulationis:Mihi decem dabis?dabo. Mihi decem dar̄ ſpōdeſne?ſpōdeo. hoc ē illud dānoſum verbū. de quo intellexit Ouidius illo verſiculo. Vnius vt verbi grādia dāna ferat:hęc ē plautina ſtipulatio ex pſeudolo:vbi ſenex ſtipular̄ verbis ita cōceptis: Viginti minas dabin? Reſpondet leno dabuntur:& ita ex hoc verbo obligatus viginti minas ſoluere cogitur. Vnde mox q̄ribūdus dolēter infit. Auferer̄ id p̄miū a me qđ p̄miſi per iocū: Cauete ergo hoc verbū ſpōdeo:cui comes ē noxa:ſiue iactura Cauete a ſtipulatione:q̄ obligat p̄miſſiores:q̄ vt diffinit Pōponius iuris conſultus titulo de verborū obligatiōibus ē verborū cōceptio: q̄bus is qui interrogar̄ daturū facturūue ſe id qđ interrogat eſt ſpōdet:pragmatici homines in callido verſuto que iure ſolertes: quorum aucupia ſunt verborum ſyllabarumq; tendiculæ: omnibus preceptis hiſtorijs verſibus cauere iubēt & vetant credere: Alterum ſe facere ait. M. Tullius vt ſcilicet caueat. Alterū vt non credat ſe facere non poſſe: Vos vtrumq; facite diligēter cauete:nec temere credite: Nam qui cauet ne decipiatur, vt inquit plautinus ſenex:vix cauet cū etiam cauet:etiam cum cauiſſe ratus eſt:ſepe is cautor captus eſt:apud Liuiū ait Philippus macedonum Rex non omnium ſe fidei credere:cauendi autem credēdiq; itellectus multiplex eſt. Et ad multa p̄tēdit. verbū illud vetus:nō putarā: In omni negocio turpe eſt. Cuius comitē ſcitote eē penitētiā Subit hac ī parte admirari priſcorū diligētiā q̄ reos dicit voluerūt eos:q̄quid p̄miſſent ſpopōdiſſent ue. Caueamus ergo ne perſpōſionē ī nūero reorū habeamur Ne vnius verbi fluctu in diſpendij ſcopulū illidamur. Thaletis & illæ ſētētiæ circūferuntur: Antiquiſſimū omniū eſſe deū: pulcherrimum mundum:velociſſimū mentē q̄ per vniuerſa diſcurrat: ſapiētiſſimū tēpus quo omnia inueniantur. Idem triū maxime rerū cauſa gratias ſe ſe agere naturę dicebat:quod homo & nō belua: q̄ vir & non femina q̄ græcus natus eſſet & non barbarus.

Vadimonia c̄lpat

Formula ſtipulationis.

Plautinus ſtipulator

Finitio ſtipulationis.

Tēdicule verborū

Cauere iubent

Credere vetant

Non putaram

Rei dicti promiſſores

Triū cā agebat gratias deo.

Sed iam peracto quarto curriculo: Quintũ decurramus. cuius
quadrigarius ac ductor eſt Bias prienẽſis: is olim Filio ad Egip
tios proficiſcenti precepit: vt ἐφοι Διορ προσ Χηρασ id eſt
viaticum ad ſenectutem ſibi cõpareret virtutẽ nimirum pro via
tico intelligens: quæ ſola eſt certa ac vera poſſeſſio. Idẽ cũ par
tiũ prienẽ cepiſſet hoſtis ceteris multa de ſuis rebus dũ fugiũt

Bias

a portãtibus admonitus a quodã vt idẽ ipſe faceret: ego vero
inquit facio: nã omnia mea mecum porto huius itaq; biantis ẽ
illa ſentencia οἱ πλεῖοσ τοὶ κακοὶ. latine dicitur plures ſunt

5

mali: q̃ ſit hoc vero verius homo nemo gnarus ſciuſq; rerũ hũa
narũ eſt qui ambigat. Deteriorũ magna natio ẽ. vt inquit veriſſi
me Cicero: boni vero ſigulares: omne tẽpus Clodios vt ſene=
cę verbis vtar nõ omne Catões fert. ad deteriora faciles ſumus

Oĩa mea mecum

& Catilinã vt ait ſatyregraphus quocũq; ĩ populo videas quo
cunq; ſub axe: ſed nec brutus erit bruti nec auunculus vlq̃. Rari
quippe boni numero vix ſũt totidem quot thebarum porta vl
diuitis oſtia nili. Apud ſodomitas vt canonicę ſcripturæ prodi
derũt. Decẽ boni inuenti nõ ſũt. Quorũ bonitate improborũ
vitioſitas ſuſtentari poſſet: Mores boni vt inquit Plautus in tri
nũmo ſunt intermortui: Mores vero mali q̃ſi herba irrigua ſuc=
creuerũt vberrime. Cũ videris forum multitudine refertum &
ſepta concurſu omnis frequẽtię plena: ſcito illic tantundem eẽ
vitiorũ q̃tũ hominũ. omnia vitijs ac ſceleribus plena ſunt: mali

Mores boni intermortui.

inter malos viuimus: Nobiſcũ bñ agitur ſi inter peſſimos non
ſimus: Quoties virũ bonũ videre contingit illi aſſurgito illica=
put aperito: illũ vt deũ colito: via vitiorũ lata eſt & decliuis: &

Mali inter malos viuimus.

ideo cunctis per via via virtutis Anguſta. Cliuoſa ſenticoſa: &
ideo paucissimis patẽs. fimbria olim iudex electus in cauſa pin
thiæ. qui ſpõſionem fecerat. quod vir bonus eſſet. iudicatu illo

Via virtutis ſenticoſa.

ſuperſedit dicẽs nõ liquet. Quoniã vt vir bonus aliqs ſit ea res
innumerabilibus officijs & laudibus continetur. & vt dicere ſo
lebat pittachis per difficile eſt bonũ eſſe. quidã malos interp=

Nõlique=re de viro

tãtur Imperitos & barb[aro]sq ius æquũ ſacros mores negligũt
Tãq̃ plures dixerit Bias eſſe imperitos ac iniquos. Quod euidẽ
tiſſime planũ eſt. quotus enim quiſq; aut peritus aut peritię eſt
affectator? quotuſ qſq; ſtudet ingenuis diſciplinis? imperitia at
q; barbaria hoc tẽpore graſſatur & viget exploſa, eliminataq;
d[o]ctione atq; humanitate Idiotie ludibrio ſunt ſiqui ſunt boni
Imperitii honore ſũt: atq; eſtimatõe periti pbro atq; cauilli=

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

obnoxii eſſe ceperūt Magna ē vt dicebat Tuſculanus Cato vir tutis incuria. Si mali imperitu boni cōſequēter periti dicētur & qu s ; ō videt inter mille vix milleſimū bonū hoc ē peritum merito dici poſſe. Malos ab antiqs provilıſſimis dictos eſſe docet Plinius ſic ſcribēs. Quoniā mō inquit vtiliſſime coluntur agri.

Mali pᵽ viliſſimis.

Exoraculo ſcilicet malis ac bonis Itaq₃ cū abaui dicerēt malos intelligere voluiſſe viliſſimos Q d' ſi mali ex hoc pliniano inter ptameto ꝑvilibus accipiūtur. qs nō videt plures eſſe viliores deſpectiores ſordidiores. Quiſquilias hominum & retrimenta Exēplis res nō eget: quæ luce clarior eſt. Nos quoquomō mali dicātur ſiue improbi: ſiue imperiti ſiue viles. Elaboremus contē damus enitamur. ne inter malos enumeremur vt ſētētia Biātis vanidica & mēdax cōprobetur in nobis. Imo enixe curemus vt ſimus potius ſimiles ſacerdotibus Egyptiquos piromas vocāt Eſt autem piromis greca lingua καλοσκαγαθοσο. ideſt honeſtus & bonus. Hic idē. bias dicere ſolebat. male ſe inter iimicos iudicare q̄ inter amicos. quippe ex amicis alterū prorſus futurū inimicū. Ex inimicis autē alterū amicū Idem interrogatus quid nam faciens homo delectaretur lucrans inquit.

piromea qui

Lucrans delectaretur

Sexto. Curriculo prodeat adt curſuram pitacus. Mithylenēus qui phtynonem Athenienſiū ducē monomachia hoc eſt ſingulari. Certamine congreſſus interemit. cum inſtar Retiarii rete. emiſſo illū implicaſſet, huiuſce pictaci illa eſt celebrata ſētētia Υρωθικαιρο platine dicitur noris tempus. vel noris oportunitatem ſiue tempeſtiuitatem. Romana vox eſt veni in tempore Interpretatio huiuſce ſapientiſſimi dicti ſaluberrima ē: vt ſcilicet norimus in rebus agendis obſeruemuſq₃ oportunitatem vt in tempore cuncta aggrediamur. Terentius rerum omniū eſſe primū tempus ait. reputent cūcti vt verbis Auſonii vtar quotus offenſam incidat: ſpectata cui non fuerit oportunitas Medicus in danda egroto medicina norit. καιρον. ideſt tempeſtiuitatem. Nam vt inquit ille. Temporibus medicina valet. Contra nihil ē in morbis magis periculoſum nec magis perniſioſum q̄ immatura medicina: quod & memorat Seneca. In libro ad albinam matrem de conſolatione: precipit Plinius noſter cauendum ne ex remediis vitia fiant. Quod euenit nimia aut intempeſtiua medicina. Nolo commemorare q̄ multi ita pereant dū intempeſtiua pharmaca ꝓpinantur. In cibo quoq₃ dando o medice Υρωθικαιρο noſce quādo tempeſtiuū eſt

Pittacus mithyleneus

noſce tēpeſtiuitatem.

rerū oīm tēpus eē primum

in tēpeſtiua medicina peſtifera

Cauēdū ne ex remediis vitia fiant,

apoſtrophe.

Nam vt veriſſime ſcribit. Corne. celſus optimũ medicamẽtum eſt oportune Cibus datus. qui quando dari debeat inter medicos non ſatis conſtat. Notum eſt illud ouidianũ. Ipſa leget tẽpus medici quoq; tempora ſeruant. καιρος. id eſt tempeſtiuitas tantũ pollet. vt vinũ quod alioqui noxium eſt languẽtibus in tempore datum medeatur Quod Ouidius quoq; planiſſime ſignificat illo verſu. Data tempore pſunt Et data non apto tẽpore vina nocẽt. huius rei obſeruationem probe callebat Aſclepiades qui primus vino opitulari inuenit dando ſcilicet. κατα καιρον: id eſt in tempore: qui vnũ de vino dando volumẽ condidit Hippocrates in alphoriſmis & Galienus libro ſexto. ſiplicium docent dolores oculorum vino meraco ſolui. quod ita interptamur. ſi tẽpeſtiuiter detur Tu qui aditus faciles ad pricipẽ q̃ris: cupiſq; voti Cõpos euadere. Γνωθι καιρον. noris oportunitatem: & quæ molliſſima fandi tempora Cuius p̃cepti gnarus poeta ſic cecinit Sola viri Molles aditus & tẽpora noras Plautus oportunitatem innuẽs efficaciſſimã eſſe in rebus ait in pſeudolo: ipſa mihi oportunitas nõ potuit oportunius aduenire Itẽ in menechmis nõ potuiſti magis per tẽpus mihi aduenire q̃ aduenis Ita ego ſoleo commoditatis oĩs articulos ſcio: hiſtorici prodiderunt Veſpaſianum id temporis fuiſſe facillimũ idulgẽtiſſimũq;: quo in balneũ tricliniũq; tranſibat eaq; momenta atq; occaſionem domeſticos ad aliquid petẽdũ magnopere captaſſe Conſimiliter vos: qui vultis apud principem impetrabiles eſſe captate id tempus quo remiſſior hilarior indulgẽtior eẽ ſolet Scitote plus pollere tempeſtiuitatem hanc ad ſucceſſus petitionũ: q̃ adipẽ leonis: q̃ ſãguinem baſiliſci: q̃ ſpondylon draconis q̃ anguinũ dryudarum ouum ceteraq; id genus eſtiue inter magicę vanitatis. Contra non parum multi intẽpie promiſſa pellantes merito repulſam patiuntur Quibus illud Naſonis dici poteſt Non adiit apte non legit idonea credo tempora Oratius probe callens quantum. καιρος: id eſt oportunitas polleat ſic ſcribit. Niſi dextro tempore flacci verba per attentã non ibunt Ceſaris aurem: idem mittens Auguſto librũ monet portitorem vt tempeſtiuiter adeat videlicet: ſi validus ſi letus erit: ſi deniq; poſcet Qui fabricã materiariam tractas: qui contignationes domiſtruis. Γνωθι καιρον. quãdo tẽpeſtiua ſit ad cedẽdũ materies: quã cedi tẽpeſtiuũ eſſe luna ſeneſcente Plinius Columella Paladius Vegetius Ceteri tradiderũt Preterea tẽpeſtiue

ad medicos cibus in tempore medicamentum vinũ languẽtibus tẽpeſtiue datũ medetur intenpeſtiue vero nocet

aſclepiades de vino dãdo

pricipes. oportũo ſunt adeundi.

Oportunitas captanda in principe adeũdo.

De tẽpeſtiuitate.

ouidius.

oratius.

Q ñ cedẽda materies nepandat.

materies ceditur a primo autũno ad fauonium vt docet victru-
uius a ſolſtitio ad brumam Vt p̃cipit Cato per ver arbores itẽ
peſtiue cedunt. cũ id tempus ſint pregnantes. Et conſequenter
imbecillæ: ſicut etiam corpora muliebria cum conceperint iudi
cantur infirma. Tempeſtiuiter materies fit firma ac durabilis ĩ-
ſtructuris neq; pandationibus obnoxia eſt. Conuenit autem in
ter eruditos vtiliſſime ſterni in coitu lunæ quem diem alij inter-
lunium: Alij intermeſtruum: alij lunæ ſilentis appellant. Quod
ſi competãt coitus in nouiſſimum diem brumæ illam eternã fu
turam materiam ſpondent. apud antiquos primo punico bello
Claſſis duilhi imperatoris ab arbor̃ exciſa ſexageſimo die naui
gauit: ſecundo quoq; punico bello Claſſis Scipionis quadrage-
ſimo die a ſecuri nauigauit: Tantum tẽpeſtiuitas in cedẽda ma
terie pollet: Queret fortaſſe curioſus auditor cur materiem tã
ſepe nominauerim nuſquã lignum. ſiquis eſt qui id querat, ille
ſciat conſulto me id feciſſe & ſcienter: atq; ex latinitatis elegan
tia: Nanq; vt ex libris iuris conſultorum didicimus & docet Vl-
pianus de legatis tertio. lignũ dicitur quicquid comburẽdi cau-
ſa paratũ eſt: Materia vero: quæ ad edificãdum fulciẽdum que
neceſſaria eſt: Ideoq; lignis legatis arbores materię cauſa ſucci
ſas non deberi. Idem iuriſconſulti titulo de tigno iniuncto & ti-
tulo de verborum ſignificatione docẽt appellatione tigni ma-
teriam omnem contineri ex qua edificiũ conſtat. De materia ſi
ue materie in hoc ſignificatu ſcatent volumina eruditorum: Inde
materiatio & materiatura victruuio. Inde fabrica materiaria
Plinio ꝓ tignaria: Cuius inuentor fuit dedalus. hinc ip̃e faber ti
gnarius elegãti vocabulo dictus a plauto materiarius: Sed iam
tẽpus eſt vt ex via in ſemitam regrediamur. Qui emit / vendit /
negociat̃ / noſcat. καιρον. id eſt oportunitatẽ. Emptor captet
tempus vt emat paruo / vẽditor vt vendat magno. Et enim vt p̃
cipit. M. Varro tunc vendas cum caritas eſt. negociator vt cum
lucro mercaturã exerceat: obeat que fora rerum venaliũ. Ama-
tor amicam in tempore accedat cũ tempeſtiuum eſt: Cum leta
puelle mens & amicus ad veneria propẽſior. Agricola omnem
ruſticationem. κατα καιρον. id eſt in tempore exerceat. Nam
vt inquit pœta. Frigidus agricolam ſi quando continet himber
multa forent quæ mox cælo properãda ſereno / maturare dat̃.
Meſſis vindemia / oleitas / ſationes / inſitiones / propagatiões tẽ
peſtiuiter fiant. Conſtat frumẽta ſi tempeſtiue deciſa ſint / ĩ hor-

Tẽpeſti-
uiter ceſa
ſtrataq;
Materies

Lignum
quid.
Materia
quid.
Tignum
Materia
tura.
Materia
rius.

Vendas
cũ caritas
eſt.

Ruſtica-
tionem
tẽpeſtiue
exerceat
agricola

Frumēta tēpeſtiue deciſa in horreo grande=ſcunt

reo grandeſcere. contra arbores ex in tempeſtiuo calorē aut gelatione ſentire vredinem Siderationē Carbunculatione. Deniq; vt ſūmatim explicem omnis actio/omis vita. ſuam expoſcūt tempeſtiuitatē:quam qui nouerit ille fortunacius pleraq; omia aget & comodius:Pittaci & illæ ſententiæ ſunt. Depoſitum cū acceperis redde. Amico noli maledicere. nec inimico quidem; pietatem colito. Frugi eſto. Veritatem cuſtodito. Quod facturus es ne dixeris:quia ſi facere nequiueris rideberis. interrogatus quid infidum eſſet:mare inquit: Item percunctāti quid eſſet optimum reſpondit bene agere.

Aureæ Pittaci ſentētiæ

Infidum marē.

Supereſt ſeptimum nouiſſimūq; Curriculū: quo decurſo ad metam prouehemur. Curſor autē progrediatur qui agmen cogit periander corinthius:qui principibus ſumma ope enitēdum ſuadebat vt ſi tuto vellent dominari beniuolentia nō armis ſtiparentur. Ex eius penuario promptum eſt penus illd' ſcitiſſimi ſaporis. μελετη το παν. id eſt meditationem eſſe totum; quippe is ſolus rei gerendæ eſt efficax:quiprius omne negociū meditatur. Nam vt inquit eleganter Auſonius locare ſedes. bellum gerere. aut pellere:magnas modicaſque res etiam paruas quoq; agere volentē meditari decet. Segniores oēs inceptis ſumus meditatio ſi rei gerēdæ defuit:cogitarē oportet i rebus oibus qd gerēdum ſit. Et enim in cogitantes ſors nō cōſilium regit. Saluſtius dixit conſulto opus eſſe:& vbi conſulueris maturē facto. Temeritas ſtulta & infelix eſt/vt inquit apud Titū Liuiū Fabius Maximus. Conſultatio meditatio que rebus cōſulūt & priuatis & publicis. Latinus Virgilianus in cogitantiam improbans meditationem ꝓbans ſic infit O preſtans animi iuuenis quātum ipſe feroci virtute exuperas:Tanto me impēſius ęquū eſt cōſulere atq; omnes metuentem Expēderē caſus. illud Terētianum quis ignorat? omnia prius conſilio q̄ armis Experiri decet: Romani annuos magiſtratus:quorum maxima foret poteſtas Creauere:Conſuleſq; appellauere:nimirum a conſulendo tanquam conſilio & conſultatione rectores adminiſtratoreſq; Reipubli. cuncta moderari debeant. Quid pricipi magis expedit q̄ haberē conſiliarios prudentes ac circunſpectos:quorū meditatione conſilio conſultatione cuncta perpendat. libret. Examinet. Vt omia fiant ad libellā & normā:ne quid deliret amuſſis. Agamennon homericus optat nō decē ſimiles Aiacis qui fortitudine cenſeē: Sed conſiliarios decē tales: qualis fuit Ne=

Meditatio totū

Auſoniuſ

Temeritas ifelix

Latinus. Maronianus.

Cōſules.

Ne quid deliret amiſſus

votū agamēnonis homerici

ſtor Sic enim inquit .τοιυυοι Δεκαμο ισυμφραΔ μορεσ
ειραχα μρ. Quod ſi acciderit non dubitat quin breui. Troia
peritura ſit &enim magnę res vt ait. M. Tullius gerũtur conſi=
lio ratione ſententia Vlixes apud Ouidium Eludens aiacis ſto=
liditatem inquit Tu vires ſine mente geris. Mihi cura futuri eſt.
Et mox paulo pectora ſunt potiora manu vigor omnis in illis
Meditatione cuncta fiunt meliores & factu faciliora vt Vegetius
docet Græcum epigrãma non hanc periandri De meditatione
ſententiam celebrat ſed illam χολουρρα τεειρ Quod verbũ
ſignificat Iræ temperandũ eſſe. Quod præceptũ & ipſum q̃ ſa
lubriter detur mortalibus quis non videt? Cum ira breuis inſa=
nia ſiue breuis furor ſit vt docti autumant quam frenis modera
ri ac compeſcere non mediocris ſapientiæ eſt. M. Tullius in epi
ſtola ad quintum fratrem protreptica. hortatur monet p̄cipit
vt reſiſtat iracundiæ: vt linguã in ira contineat vt animo & ora
tioni cum ſit iratus moderetur Nam ſi implacabiles iracundiæ
ſint ſumma eſt aerbitas. Aiacem in mortẽ egit furor. In furorẽ
ira Cetera vitia impellunt animos ira p̄cipitat. Maximũ reme
dium eſt iræ mora atq; dilatio. vt primus eius feruor relangue
ſcat proinde Athenodori illud ſalutare pręceptũ habere cordi
atq; memoriæ operepreciũ duco. qui Auguſto Ceſari ſic prece
pit Cũ ira te o Ceſar ceperit nihil prius ueq; dixeris neq; feceris
q̃ ipſas vinginti quattuor litteras elementarias tecũ ipſe percur
teris Tres ſunt affectus: qui omnes homines in omnia facinora
precipites agunt. Ira: Cupiditas Libido. Propterea poetę tres
furias eſſe dixerunt quæ mentes hoĩm exagitent. Inſtar enim
furiarum hi tres affectus iræ cupiditatis Libidinis. Mortales de
mentant: ſtimulis agitãt furore perturbant. Sat quidẽ Ariſtote
les iræ defenſor ac propugnator dicens iram calcar atq; cotem
eſſe virtutis Sed huic Ariſtotelicæ ſententiæ reclamant ac refra
grantur M. Tullius Seneca ceteri: a quibus proditum eſt iratos
proprie dici exiſſe de poteſtate. id eſt de conſilio de ratione de
mente. Et cum ira inſania ſit negant vtilem eſſe inſaniã aut na
turalem Grãmatici iram ab eo quod eſt ire dici tradũt eo quod
a ſe eat qui iraſcitur & furit Qui ergo a ſe ipſo abire nõ vult nec
mentis impos fieri iram ſuffrenet & hunc temporarium animi
motum impotentiſſimũ coerceat Queri ſolet quid ira diſtet ab
iracundia. Scitote iram ex cauſa naſci Iracũdiam de vitio mul=
tum iraſcentis ſic & iratum. iracundũq; diſtingui. vt iratus ex

Cicero.
Ouidius:
vegetius
Iræ tẽpe
randum
ira breuis
inſania
Cicero.
nil prce=
ptum ad
fratrem.
ſaluberri
mũ athe
nodõ do
cumentũ
Cur tres
furiæ
Ariſtote=
les ire de
fenſor
Cos virtu
tis. Iræ.
ethimo=
logia
Ira
Iracũdia
Iratus

cauſa ſit iracundus ex natura:& ſicut ebrius differt ab ebrioſo
iratus ita iratus ab iracundo. Nanque ebrioſum dici proprie volunt
ebrioſus eum qui ebrietatis vitio obnoxius eſt. Ebrium vero. qui inter-
Ebrius. dum vino grauis ſit & impos ſui:poteſt enim qui ebrius eſt tūc primum eſſe nec habere hoc vitium Et qui ebrioſus eſt ſepe extra ebrietatem eſſe Conſimiliter iratus poteſt eſſe nō iracūdus Et iracundus q̄ iracundiæ obnoxius ſignificatur pōt aliqn̄ iratus non eſſe Ceterū quo quo modo etiā atq; etiam nobis cauēdum eſt. ne iræ ne iracundiæ procliuitate rapiamur ne irati ne iracundi ſimus. Quod vitium tam deforme eſt. vt feda viſu &
indicia iracūdiæ horrenda fiat facies iraſcentium:vt flagrēt oculi. et capilli ſubrigantur vt ore toto multus rubor erumpat vt labra mordeant̄ Dentes arietēt. poſſem infinita ꝓpe congerere pertinētia ad vtramq; hanc periandri. Corynthii ſententiam:qua dixit totum contineri meditatione. & iracūdiam eſſe frenādam ſed nos immenſum ſpatii confecimus equor & iam tēpus equū fumantia ſoluere colla:iam decurſis ſeptenis curriculis ad metam ꝑuecti ſumus. Eiuſdem periandri illæ quoq; ſententiæ ſunt bona quies eſt. in rebus ſecūdis eſto moderatus in aduerſis prudēs Q̄d̄
ſentētiæ periādri cumq; pollicitus fueris ſeruato. Non peccantes modo verum & peccare geſtientes punito

Hic eſt orbiculatus gyrus ſeptem græciæ ſapiētum. Quorū nomina delphicus appollo cum quereret̄ q̄ſnā primus ſapiētū foret in orbe tereti īcidi iuſſit ne primus eēt ne vellimus q̄ſpiā
epilogat habetis dicta ſapientum quē vt inquit Socrates apud Platonē ī phedro:nūq̄ ſunt cōtēnenda. habetis ſentētias philoſophorū publice priuatimq; vtiliſſimas. breues pariter & lōgas breues in verbis Longas in ſenſu Quarum cortex Medullam tegit obducitq; ſuccoſiorem habetis hanc de ſeptē ſapientibus de curſionem veluti ꝓdromon id eſt p̄curſoriam legitimi annuiq; curriculi noſtri litterarii. in quo epiſtolæ Plinii cū Valerio Flacco iuncti ibunt Et vna ad metas per interuallatos curſus ꝓgredient̄. Erit opinor operepreciū ſpectatoribus ſpectaſſe horū ce curſorū gradus omnis veſtigia. ſudores. anhelationes. hoc eſt erit fructuoſum auditoribus me p̄uio & interprete diligen-
Embamma ter penſitaſſe obſeruaſſe edidiciſſe in Plinio & Flacco. Elegātiam eruditionem ſchemata. Tropos ceteraq; omne genus illuſtramenta Nos pro virili parte elaborabimus vt Pliane epulæ & Flacci edulia noſtris conditurie condiant̄. Vt noſtro Em-

baınmate hoc eſt intinctu & conditione fiant ſuauiora eſculen
tioraq;. faciantq; ad ſtomachum epulonũ Quod ſi quid duriuſ
culum dentes offendet id per nos mãſum mollitũ que fiet. Ita
vt cum voluptate deduci. in ventriculum tranſmitti que poſſit.
Occurret fortaſſis hoc in loco curioſus auditor Et muſſitans di
cet bene quidẽ o orator & bene dixiſti: ſed quorſum iſtud tam
bene? quid iſtec tam longa de ſeptem ſapientibus. Explicatio
ad Plinii epiſtolas perti net & Flacci argonautica Quid manus
figuli dum Amphoram formare debet vrceum finxit. Ego iſti
id querenti. Ita breuiter libera voce reſpondeo. O Auditor curi
oſe nolito hinc Anſam capere calumniandi. Scito proemia in
cauſis non parũ multis maxime libera eſſe. q; longe a materia
duci. vt iſocrates & Gorgias apud grecos factitarũt vt Saluſti
us Criſpus apud noſtros in bello iugurthino & Catiliniano Ni
hil ad hiſtoriam pertinentibus principiis orſus ẽ Deniq; i gym
naſio libero libera eſt oratio libera lingua dummodo citra ma
ledictum euagetur. Et citra faſtidium principia vnde cumq; du
cta ſi modo docte dicta ſint laudem merentur. nec rationem ſẽ
per reddere cogitur oratoriæ dictionis o rator: Maximeq; ſi a
ſecta deuius non aberrat
Mos eſt cauſa perorata gratias agere. Auditoribus vos pro
gratiarum actione Accipite Tetraſtichon. quo ſeptem ſapien
tum precepta eodem ordine. Complex ſumus: quo ſint expli-
cata, vt ita facilius memoriæ atq; animis veſtris inhereſcant.

Reſpicito fidem vita i Noſcito temet
Optima menſura eſt ſponſio nãna dabit
Plures nempe mali. per idonea tempora noſce
τεπορ. conſilium cum ratione Regit.

Philippi Beroaldi: Heptalogos ſiue Septem Sapientes
Magna cura Impreſſum Pariſius Per. Anthonium.
Bonnemere Anno ſalutis. M. ccccc. ix. Die
xvi. Octobris Pro Dionyſio roce
Commorante in Vico ſancti
Iacobi. Ad interſi
gnium Diui.
Martini.

Septem Sapientum epitaphia. Solonis attici. Chilonis lacedemonii Cleobuli lindii Thaletis mileſii Biantis prienæ. Pittaci mithienæi & Periandri corinthii. Qui vniuerſæ greciæ lumina extitere

Hoc diſtichon epigramma ymagini.
Solonis erat inſculptum..

Quæ dudum rabida medorum propulit iras
Legiferum ſolona pulchra tenet ſalamis

De eodem hoc etiam extat epigramma.

Cypria defunctum cremauit flamma Solonem.
Sed diſperſa agris oſſa tenet ſalamis.
Pulchre vexerunt animam ſuper æthera currus.
Hic leges curas condidit ante leues

In Chilonem epigramma

Phoſſore reddatur pollux tibi gratia: q̄ fert
Chilonis natus tempora cincta pugil
Serta videns nati genitor ſi gaudia ſumat
Non mihi ſic tali mors odioſa foret.

De. cleobulo tetraſticon.

Lindius æthereis ſuccoſa. Cleobulus auris:
Componens: iuuenes inſtruit atq; viros
Canicies: fragilis dirupit ſtamina vitę

De Thalete mileſio

Corpoream molem ſtictio vrna tenet.
Gymnicon aſpiceret cum rurſus agona Thaletem:
Traxiſtie ſuperis Iuppiter ælie.
Hunc laudo cœlum proprius q̄ duxeris vltra.
Non poterat terris aſtra videre ſenex
Nempe hic exiguus cumulus: ſed ſydera ſcandit
Gloria: ſunt cuius hæc monumenta Thalæ.

De. biante prienæo

Petra prienæum tegit hic commiſſa Biantem
Ornamentum ingens qui fuit ionijs.

Ad eundem.

Pera bianta tegit ſtigias pillenius vndas.
Quem duxit niueum tempora canicie
Perpetuam noctem pueri dormiuit in vlnis
Dixerat. vt ſocii credita iura ſibi.

De Pittaco mithilenæo.

Condidit hoc tumulo lachrimis te pittace leſbos
Sacro ſuis: obitu languida facta tuo.

De periandro.

Et ſophia & nũmis Periandrum terra Corinthus
Præſtantem actæo continet alma ſinu.

In eundem.

Ne tibi iam doleat ſi non optata ſequaris.
Omnibus at gaude quæ tribuere dei.
Mœiticia ſtigyas Periander ceſſit ad vmbras
Quod non perficit impia vota dolens.

τ ε λ ο σ

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Copyright 4/1999 YxyMaster GmbH www.yxymaster.com
VierFarbSelector Standard® - Euroskala Offset

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Baden-Württemberg